508 rep. exeunte anno 1839 in insula quam Tiberis facit inter Portum et Ostiam *nei contorni della casa colonica*, id est non longe a Portu, inter fossiones institutas a fratribus Guglielmi Centumcellensibus. *La scoperta la più importante fù quella di un bel sepolcreto. Esso è in gran parte intatto, meno le volte delle stanze mortuarie che sono cadute. Conservansi però ancora i stipiti della porta, con i loro architravi, e molte iscrizioni sono al suo luogo* MELCH. In insula Tiberina ad Portum Romanum supra portam columbarii effossa a. circ. 1840 ROSS. Latet, fortasse sepulcro denuo terra tecto.

T · AELIVS AVG LIB DEMETRIVS
ET CLAVDIA · MARINA · FECERVNT
T · AELIO · DEMETRIO FILIO PIENTIS
SIMO · QVI VIX ANN XIIII · M · VIIII D VII · ET
C · CORNELIVS MARINVS FRATRI ET LIBE
RIS SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POS
TERISQ · EORVM

Descripsit de Rossi anno 1840 vel paulo post. Memorat Melchiorri *bull. dell' Inst.* 1840 p. 44.

509 *stipite o pilastrino di verde antico, che sosteneva due busti.* Rep. una cum n. 508.

VIX ANN
XIIII · M · IX
D · VII

Descripsit de Rossi.

510 rep. in insula Tiberina prope Portum Romanum una cum n. 508. 509. *Era sopra una specie di pilastrino o piuttosto basamento di una erma bacchica posta nel lato di una porta d'ingresso d' una stanza sepolcrale* CAMP. Latet.

ILLE EGO DEMETRIVS VERO
LIBRATVS ABVNDE · INGRES
SVS VITAM NON LONGI TEMPO
RIS ICTV INFERNIS NVMINI
BVS DEDI ET POST IMAGINE
MORTIS HAEC MIHI TEMPLA
PLACENT MERITO ET PRAE
MIA LVCIS PVBERTAS NITI
DA STVDIAQVE ABVNDANTA
VITAE ET REVERENS PLENE
MORTE GRAVATVS OBI
MVLTA QVIDEM BONITAE GE
RENS ET VERNVLA VERNIS
NEC NIMIE COMVIVIA RA
PVIT DVM GLORIA VITAE
SPERABAM RATE INFERNAS
SVBITO DELATVS AD VMBRAS
BIS SEPTEM PLACIDOS ANN
ET ADHVC FORMATVS IN VNVM
AVTVMNVS MEDIVS OCTOBR
MENSE REFERTVS LAESIT
ANIMAM DVLCEM ET SPEM
CERTISSIMA FREGIT
ILLA TAMEN SANCTA ET FOR
MATA VERECVNDIA SAEPE
AMITTIT TANTALI ASPECTV
ET TIMOREM SISYPHI AB
EST IXION VMBRAEQ · ET
FVRIAE METVS SE[illegible]IN SE
CESSVM NVMINIS INFER
NAE DOMVS OFICIOSVS TAN sic
DEM MINISTERIO LAETATVR
SVO

Descripsit de Rossi anno circiter 1840. Campana ms. (inde Melchiorri *bull. dell' Inst.* 1840 p. 44).

Versus ex arbitrio dividit, v. 5 DEDIT ET, 14 CONVIVIA, 18 ANNOS, 20 OCTOBRIS, 25 SAEPE hoc loco omissum collocat v. 27 post ET, 26 ASPECTVS, 28 IIXION, VMBRAEQVE, 29 METVS ET, 31 OFFICIOSVS Camp.

Pertinere videtur ad eundem Demetrium defunctum annorum XIIII mensium IX dierum VII (cf. v. 18. 19 *bis septem placidos ann(os) et adhuc formatus in unum*) cuius sunt n. 508. 509. — Vv. 1—23 sunt versus hexametri plus minusve vitiosi excepto v. 10. 11 *et reverens plene morte gravatus obi*, qui est pentameter. Sensus passim obscurus est; nec magis intelleguntur ea quae prosa oratione scripta sunt v. 24 seq.

511 Romae in suburbano Paccae.

D · M
P · AELIO
EPAGA
THO · IVLIA
SYRA · PATRI
BENE
MERENTI
FECIT

Recognovi descriptam a C. L. Viscontio.

512 Ostiae in episcopio.

D · M
P · AELI
EPICTETI

Descripsi.

513 Romae in suburbano Paccae.

D · M
P · AELI · EVTYCHETIS · QVI ·
VIXIT · ANNIS · VII · MENS · VI ·
AELIVS · DAFNVS · ET · VIVEL
LIA · SECVNDA · PARENTES
· B · M · F ·

Recognovi descriptam a C. L. Viscontio.

514 Ostiae in episcopio.

D · M
P · AELI
FAVSTI
E · R · D

Descripsi. Kellermann ms.

515 urna rotunda. Ostiae VISC. Nunc Romae in museo Lateranensi.

D · M
P · AELIO F
ORTVNAT ·
ET · FLAVIAES
MVS · AES

Descripsi. C. L. Visconti ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 395 n. 576.

516 in episcopio Portuensi.

D M
P · AELIVS · HERMES · FECIT · SI
BI ET FILIS SVIS · ET · LIB · LIBER
TABVSQ POSTERISQ EORVM

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Amati ms. 9744 f. 14.